

menfam satis spissam. 2. per duplex vitrum, five duas vitreas tabulas.

Verùm hæc curandi methodus non stat firmò talò. Respondetur: Magnes integer per viva corpora, ut volam, quamvis sit infantis, non agit, nisi digitorum interstitia vim transmittant. Cur autem per manum non agat, quæritur ratio. Nonnulli pinguedinem accusant. Sed & magnes per chartam sebo delibutam, item per corium cervinum sevo inunctum agit. Referenda ergò causa potiùs videtur, in sanguinis in vasis perpetuum circularem motum, qui vim illam disgregat. II. magnes pulverisatus in emplastris nullam habet vim.

CAPUT XXIIIX

Dietam proponit.

Dietam quod concernit, in illâ reliqua spes curationis est collocanda, sine quâ conatus omnis est frustraneus. Hæc si justè instituat, morbi & paroxysmi expectari poterit declinatio.

VITALIS aerem temperatum, & ANIMI PATHEMATA, præcipuè IRA, justò inclusa frenò coarcenda, suadet; si mos non geratur, humoribus ad ulteriorem fluxionem ansa præbetur largior.

NATURALIS præscribit podagrizantibus CIBUM & χυμον η̄ν̄ σ̄πεπτον. Fugiendæ carnes salsa, fumò indurata. POTUS sit cerevisia Naumburgica, in quâ rasura C. C. optimi in petiâ legata hæreat. De hâc semper bibatur. VINUM vitetur, nisi consuetudo usum tenuissimum postulet.

ANIMALIS somnum concedit, si dolor admiserit. ALVUS faciat officium exhibitis lenientibus pilulis de aloe.

CAPUT XXIX

preservationem aggreditur.

IN ACTU PRÆSERVATIONIS eadem veniunt observanda: METHODUS CURATIVA & INDICATIONES. Humores siquidem in corpore congesti educendi, antequàm ab expultrice motus & ἀεγασμός exci-